



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 67. Metrophanis Patriarchæ Constantinopolitani obitus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Isidorus Cardinalis (\*) tanquam Papæ Legatus mittebatur, ut unionem prædicaret; hi vero jam a Græcis præventi erant, ac non minus eorum imperio subiecti, quam fidei quoque ac ritus eorum jam a pluribus retro sæculis fidelissimi audiebant sectatores; quapropter Isidorum Cardinalem tanquam seductorem populi, fidei desertorem, atque proditorem, qui eos turpiter Latinis venditasset, captum in carcerem conjecerunt, a quo tamen postea, favente Deo, fuga evasit. Ita una omnes adversus pacem, atque concordiam ad arma convolarunt, excepta satis exigua Cleri Constantinopolitani parte, quæ Patriarchæ sui exemplum, ejusque doctrinam fideliter sequebatur.

Sæcul. XV.  
A.C. 1443.

§. LXVII.

*Metrophanis Patriarchæ Constantinopolitani obitus.*

Imperator tanta suorum rebellione vehementer commotus, ac serpenti malo remedium quærere intentus, ex Metrophanis consilio Synodum Constantinopoli convocare constituit, cujus auctoritate unio-

(\*) Is erat Thessalonicensis Monachus S. Basilii Archiepiscopus Ruthenus ab Eugenio Papa Florentiis decimo quinto Calendas Januarii anno 1439. Cardinalium numero adscriptus.

Sæcul. XV. unionis acceptatio decerneretur. Verum  
A.C. 1443. optimas spes Metrophanes fefellit, die  
 prima Mensis Augusti ejusdem anni præ-  
 matura nimis morte vivis ereptus; cui  
 defuncto Gregorius Protosyncellus, qui  
 Imperatoris conscientiam moderabatur,  
 subrogatus est, sed haud meliori, quam  
 Prædecessor suus sorte potiebatur, ut in  
 progressu Historiæ videbimus.

## §. LXVIII.

*Galliarum Rex in Convenensi Comi-  
 titatu successor.*

Erat hoc anno tam aspera hyems, ut  
 cunctis fluminibus glaciali frigore con-  
 cretis militares copiæ ex hybernis exire  
 prohiberentur; unde Rex quoque diu-  
 tius Montalbani hædere cogebatur, mi-  
 nime tamen otiosus; quippe interea Con-  
 venensis Ducatus successionem sibi asse-  
 ruerat. Equidem Margarita Convena-  
 rum Comitissa Matthæo Fuxio jam quar-  
 tis nuptiis desponsata erat; ast cum præ-  
 pediente annorum senio liberos suscipien-  
 di spe frustraretur, eam Maritus illius vi-  
 ginti ferme annis in quadam arce, ubi di-  
 versabatur, captivam detinuit, eo fine, ut  
 calamitosi hujus status pertæsa conju-  
 gi suo Convenensem Comitatum dono  
 dare urgeretur. Verum Rex afflictæ  
 hujus Comitissæ miseria commotus, ean-  
 dem